



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Le. v.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

nisi a finibus terre audire sapientiam salomonis Tu autem domine. **R.** Benedic domine domum istam: quam edificavi nomini tuo venientium in locum istum. Et audire preces in excelso solio glorie tue. **V.** Qui regis israel in corde de qui deductis velut oues ioseph. **Exa. Gloria. Exa. In secundo do nocturno. antiphona.** Erunt michi domine in deum et lapis iste vocabitur domus dei. **ps.** Iudica me deus antiphona. Edificavit moyses altare domino deo. **ps.** Deus noster refertur. **antiphona.** Cum euigilasset iacob de somno ait vere dominus est in loco isto. **ps.** Magnus dominus. **V.** Beati qui habitant in domo tua domine. In secula seculorum laudabunt te. **Lectio iij.** Venit ecclesia ad redemptionem et eruditorem suum ut ostendat stulticia erroris doctrinarum perire veritatis. De qua plenus sicut audimus regnum scribit historia ita dicens. Et ingressa regina iherusalem cum multo comitatu et diuitiis cum camelis portantibus aromata et aurum infinitum nimis et gemmas preciosas venit ad salomonem et locuta est ei uniuersa que habebat in corde suo. Tu autem. **R.** Adduxisti sacros tuos in preparatione. Quam preparauerunt manus tue domine. **V.** Altaria tua domine virtutum rex meus et deus meus beati qui

habitant in domo tua. **Qua.** Ergo in figura regine. **Le. v.** huius ecclesie venit ex gentibus et a finibus terre imponens fines cupiditatibus vitisq; terrenis: ut audisset sapientiam salomonis id est veri pacifici domini nostri iesu christi qui fecit vtraque vnum soluens inimicitias inter deum et hominem in carne sua. Tu autem. **R.** Benedic es domine in templo sancto glorie tue. Quod edificatum est ad laudem et gloriam nominis tui. **V.** Domum tuam domine decet sanctitudo in longitudine dierum. Quod edificatum. **Lectio vi.** Venit post veteres et profanas supersticiones audire et discere de fidei illuminatione et iudicio futuro. de anime immortalitate. de spe resurrectionis et gloria. Venit ergo in iherusalem cum multo comitatu id est non tam cum vna tantum gente iudeorum sicut prius synagoga solos habuit hebreos sed totius mundi gentibus diuersis nationibus. Tu. **R.** Dane surgens iacob erigebat lapidem in titulum. Fundens oleum de super votum vouit domino. **V.** Cum euigilasset iacob de somnis ait vere dominus est in loco isto. Fundens Gloria. Fundens. **In tertio nocturno. antiphona.** Non est habitatio nisi domus dei et porta celi. **ps.** Te decet. **antiphona.** Vidit iacob